Ut verum dominum predicarem. Manus mee distillaverunt
mirram. digiti mei myrram probatissimam. In manibus
~~mea~~ enim opera. in digitis discretio designatur. In mirra
continentia. et passiones que tunc probatissima est. cum solum
modo pro caritate christi et premii. l. continentia. vel passiones
fiunt. Pessulum ostii mei. aperui dilecto meo. Pessulum
sponso aperuit. qui templum sui pectoris divina visitatio
ne et inhabitatione dignum fecerit. At ille declinaverat.
atque transierat. Quia nulli in hac vita plena visio dei. sicut
in futura conceditur. Ideo transire dicitur dilectus. id est in futurum
ad se veniendum. et perfruendum ostenderet. Anima mea lique
facta est. ut locutus est. Quanto suavius inquit vocem. atque vi
cinam dilecti mei accepi: tanto sublimius quicquid in me
frigidum erat concaluit. et quicquid rigidum liquefacta est.
Quesivi et non inveni illum: quia donum compunctionis
et dulcedinis interne non in arbitrio est. volentis: sed in misera
tione est. dantis. ideo non semper habet illud equaliter. que non ita
se offert in exilio laborantibus. quam in patria regnantibus. In
venerunt me custodes qui circueunt civitatem. percusserunt
me et vulneraverunt me. tulerunt pallium meum custodes
murorum. Custodes civitatis id est ecclesie. sancti sunt doctores. qui
sedula predicatione circueunt corda singulorum. et spiritalis celestis
amoris vulneraverunt. et ut magis ardeant inflamescant
vetustate conversationis tegmine substrahunt. Adiuro vos
filie ierusalem. si inveneritis dilectum meum. ut nuntietis ei quia
amore langueo. Merito languet sponsa cum gladio ubi